



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

De comparatione incontinentiæ ad temperantiam. 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

*Verum incontinens plus peccet, quam in-
temperatus?*

760
1.2.9.78. **A**D tertium sic proceditur. Videtur, quod inconti-
nens plus peccet, quam in temperatus. Tan-
to enim aliquis videtur grauius peccare, quanto ma-
gis contra conscientiam agit; secundum illud Lucae
12. Seruus sciens voluntatem domini sui, & non facies,
plagis vapulabit multis, &c. Sed incontinens magis
videtur agere contra conscientiam, quam in tempe-
ratus: quia, ut dicitur in 7. Ethic. * Incontinens scies,
quàm praua sunt quæ concupiscit, nihilominus agit
propter passionem; in temperatus autem iudicatur
quæ concupiscit, esse bona. Ergo incontinens grauius
peccat, quam in temperatus.

¶ 2 Præterea, Quanto aliquod peccatum grauius
est, tanto videtur esse minus sanabile. Vnde & pec-
cata in Spiritum sanctum, quæ sunt grauiissima, dican-
tur esse irremissibilia. Sed peccatum incontinentiæ
videtur esse insanabilius, quàm peccatum in tempe-
ratiæ. Sanatur enim peccatum alicuius per admoniti-
onem & correctionem, quæ nihil videtur conferre
incontinenti, qui scit se malè agere, & nihilominus
malè agit: in temperato autem videtur quod bene
agat; & sic aliquid ei conferre posset admonitio. Er-
go videtur, quod incontinens grauius peccet, quàm
in temperatus.

¶ 3 Præterea, Quanto aliquis ex maiori libidine
peccat, tanto grauius peccat. Sed incontinens pec-
cat ex maiori libidine, quàm in temperatus: quia in-
continens habet vehementes passiones & concupis-
cencias, quas non semper habet in temperatus. Ergo
incontinens magis peccat, quàm in temperatus.

¶ 4 SED contra est, quod impenitentia aggravat
omne peccatum. Vnde Augustinus in lib. de verbis
Domini, dicit, quod impenitentia est peccatum in
Spiritum sanctum. Sed sicut Philosophus dicit in septi-
mo Ethicorum, in temperatus non est penitenti-
us, im-
manet

* ser. 11.
post med.
10. 10
† c. 8. in
pr. 10. 5.

manet enim electioni : incontinens autem omnis est penitius . Ergo intemperatus grauius peccat , quàm incontinens .

RESPONDEO dicendum, quòd peccatum secundū August. præcipuè in volūtate consistit. Voluntas enim est qua peccatur, & rectè viuatur . Et ideo vbi est maior inclinatio voluntatis ad peccandum , ibi est grauius peccatum . In eo autem qui est intemperatus, voluntas inclinatur ad peccandum ex propria electione, qua procedit ex habitu per consuetudinem acquisito. In eo autem qui est incontinens , voluntas inclinatur ad peccandum ex aliqua passione. Et quia passio cito transit , habitus autem est qualitas difficile mobilis : inde est quòd incontinens statim penitet transeunte passione. Quod non accidit intemperato, quoniam gaudet se peccasse, eo quòd operatio peccati est sibi facta connaturalis secundum habitum. Vnde de his dicitur, Prouer. 2. quòd lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Vnde patet , quòd intemperatus est multo peior , quàm incontinens , vt etiam Philosophus dicit in 7. Ethic. *

Ad primum ergo dicendum , quòd ignorantia intellectus, quandoque quidem præcedit inclinationem appetitus & causat eam. Et sic quanto est maior ignorantia , tanto magis peccatum diminit vel totaliter excusat , in quantum causat inuoluntarium . Alio modo è conuerso ignorantia rationis sequitur inclinationem appetitus ; & talis ignorantia, quanto est maior, tanto peccatum est grauius : quia ostenditur inclinatio appetitus esse maior . Ignorantia autem tam incontinens, quàm intemperati prouenit ex eo, quòd appetitus est in aliquid inclinatus , siue per passionem, sicut in incontinente : siue per habitum , sicut in intemperato . Maior autem ignorantia causatur ex hoc in intemperato, quàm in incontinente . Et vno quidem modo quantū ad durationem : quia in incontinente durat illa ignorantia, solum passione durate, sicut accessio febris tertianæ durat durante cōmō-

li. de dur
bus ani.
c. 10. 6.
11. 10. 6.

c. 7. parū
ante me.
10. 5.

tione humoris; ignorantia autem intemperati dicitur
 assidue propter permanentiam habitus. Unde assimi-
 latur phthisi, vel cuicumque morbo continuo, ut Phi-
 losophus dicit in 7. Ethicorum *. Alio autem modo
 est maior ignorantia intemperati, quantum ad id quod
 ignoratur. Nam ignorantia incontinentis attenditur,
 quantum ad aliquod particulare eligibile, prout sci-
 licet æstimat hoc nunc esse eligendum. Sed intempe-
 ratus habet ignorantiam circa ipsum finem, in quo-
 tum scilicet iudicat hoc esse bonum, ut i refrænat
 concupiscentias sequatur. Unde Philosophus dicit in

e. 8. circa
 princ. to-
 mo 5.

e. 7. ante
 m d et c.
 8. in fin
 to. 5.

7. Ethicorum *; quod incontinens est melior intempe-
 rato: quia saluatur in eo optimum principium, scilicet
 recta æstimatio de fine.

Ad secundum dicendum, quod ad sanationem in-
 continentis non sufficit sola cognitio, sed requiritur
 interius auxilium gratiæ concupiscentiam mitigantis,
 & adhibetur etiam exterius remedium admonitionis
 & correctionis, ex quibus aliquis incipit concupiscenti-
 j resistere: ex quo concupiscentia debilitatur, ut
 supra dictum est *. Et iisdem etiam modis potest sa-
 nari intemperatus. Sed difficilior est eius sanatio, pro-
 pter duo. Quorum primum est ex parte rationis, quæ
 corrupta est circa æstimationem ultimi finis, quod
 se habet sicut principium in demonstratiuis. Diffici-
 lius autem reducitur ad veritatem ille qui errat
 circa principium; & similiter in operatiuis ille qui errat
 circa finem. Aliud autem est ex parte inclinationis
 appetitus, quæ in intemperato est ex habitu, quod dif-
 ficile tollitur: inclinatio autem incontinentis est ex
 passione, quæ facilius reprimi potest.

q. 142. a.
 2.

in corpo-
 re art.

Ad tertium dicendum, quod libido voluntaria
 auget peccatum, maior est in intemperato, quam in
 continente, ut ex dictis patet *. Sed libido concu-
 piscentiæ appetitus sensitivi, quandoque maior est in
 incontinente: quia incontinens non peccat, nisi à gra-
 ui concupiscentia, sed intemperatus etiam ex leui co-
 cupiscentia peccat, & quandoque eam præuenit. Et
 ideo

i deo Philosophus dicit in septimo Ethicorum *, quod magis intemperatum vituperamus : quia non concupiscens, vel quietè, id est remissè concupiscens persequitur delectationes. Quid enim faceret, si adesset concupiscentia iuuenilis?

c. 8. circa
med. &
c. 7. ante
med. 10. 5

ARTIC. IV.

Vtrum incontinens ira sit peior quàm incontinens concupiscentia?

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod incontinens ira sit peior quàm incontinens concupiscentia. Quanto enim difficilius est resistere passioni, tanto incontinentia videtur esse leuior. Vnde Philosophus dicit in septimo Ethicorum *, Non enim si quis à fortibus & super excellentibus delectationibus vincitur, vel tristitij, est admirabile, sed condonabile. Sed sicut Heraclitus dixit, difficilius est pugnare contra concupiscentiam, quàm contra iram. Ergo leuior est incontinentia concupiscentiæ, quàm incontinentia iræ.

7. 51
inf. 9. 158
2. 4. con.
et 3. d. 26
9. 1. ar. 2.
con. &
ver 9. 25
ar. 2. cor.
& 7. eth.
10. 6. in
princ.

¶ 2 Præterea, Si passio propter suam vehementiam totaliter auferat iudicium rationis, omninò excusatur aliquis à peccato; sicut patet in eo qui incidit ex passione in furiam. Sed plus remanet de iudicio rationis in eo, qui est incontinens iræ, quàm in eo qui est incontinens concupiscentiæ; iratus enim aliquantulum audit rationem, non autem concupiscens, ut patet per Philosophum in septimo Ethicorum *. Ergo incontinens ira est peior, quàm incontinens concupiscentia.

c. 6. circa
prin 10. 5

¶ 3 Præterea, Tanto aliquod peccatum est grauius, quanto est periculosius. Sed incontinentia iræ videtur esse periculosior: quia perducit hominem ad maius peccatum, scilicet ad homicidium, quod est grauius peccatum, quàm adulterium, ad quod perducit incontinentia concupiscentiæ. Ergo incontinentia iræ est grauior quàm incontinentia concupiscentiæ.

SED contra est, quod Philosophus dicit in septimo Ethicorum *, quod minus turpis est inconti-

c. 6. 10. 5.

